



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LXXXVIII. Markgraf Ludwig der Römer verleiht der Schlächtergilde zu Frankfurt Einkünfte aus dem Zolle zu Frankfurt und Lebus zur Bewidmung eines von ihnen gestifteten Altares, am 3. Juli 1353.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

LXXXVIII. Markgraf Ludwig der Römer verleiht der Schlächtergilde zu Frankfurt Einkünfte aus dem Zolle zu Frankfurt und Lebus zur Bewidmung eines von ihnen gestifteten Altars, am 3. Juli 1353.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus Romanus etc. Ob honorem et gloriam omnipotentis dei et matris sue marie virginis gloriose, Ob Illustrum quoque principum felicis recordationis progenitorum nostrorum marchionum brandenburgensium recordationem, nostri quoque et heredum nostrorum animarum remedium salutare, Dedimus, damus, iusto quoque proprietatis tytulo presentibus donamus viris prudentibus et discretis vniuersis et singulis carnificibus et fraternitati Gylde eorundem in Ciuitate nostra vrankenfürd habitantibus, fidelibus nostris dilectis, qui presentes sunt aut qui pro tempore fuerint, octo frusta annuorum reddituum in theloneo nostro ciuitatis predictae situata, ea conditione, que sequitur interposita et adiecta, quod ipsi in ecclesia parrochiali sancte marie ciuitatis eiusdem de redditibus seu prouentibus antedictis vnum altare in honore beatorum petri et pauli apostolorum omniumque sanctorum, construere, fundare debebunt et dotare, Sic videlicet quod redditus antedicti ad ipsum altare perpetuis in antea temporibus, quolibet amoto contradictore, quiete et pacifice debebunt pertinere habendos, tenendos in festo quoque beate walpurgis annis singulis quouis sine impedimento libere percipiendos. Insuper dedimus, damus, sollempni quoque proprietatis tytulo donamus omnibus et singulis de vnione fraternitatis supradicte duo frusta annuorum reddituum in theloneo Lebucenti situata, a nobis perpetuis temporibus habenda, possidenda, vnum talentum in festo beati martini, alterum vero in festo beate walpurgis, annis singulis pacifice percipienda. Que quidem duo frusta etiam ad altare supradictum perpetuo debebunt pertinere, omni modo et forma, quibus et de octo frustis superius exstitit annotatum. Damus insuper liberam eisdem presentibus facultatem, quod dicti videlicet carnifices ad ipsum altare, vt predicatur, sic fundatum, singulis vacationum temporibus aut quotienscunque necessarium fuerit et oportunum, personam valentem et ydoneam poterunt et debebunt presentare. Renunciantes nichilominus in premissis omni iuri, actioni et impetitioni, quod vel que nobis heredibus et successoribus nostris competunt seu quomodolibet competere poterint in futurum. In cuius etc. Presentibus bredowe, ny. kökeritz, Trutenberg, Loterpek, militibus, Jo. de wedel, willeke murowe, Coppe Lyft, küne hokman, Claus sifridstorff, Joh. Nymik, petz de Gezer cum ceteris. Datum vrankenfürd, anno LIII^o, feria IIII post petri et pauli apostolorum.

Nach dem Copialbuche des Markgrafen Ludwig des Römers über die Vogteien Frankfurt, Müncheberg, Fürstenwalde und Beeskow No. 21.